7

1947



K.e 125.n 58

Inc 1417

¶ Valaſci Ferdinãdi vtriuſq; iuris cõſulti Illuſtriſſimi regis Portugallie oratoris ad Innocentiũ·viij. pontificẽ maximũ de obedientia Oratio·

Et ſi nõ ſim neſcius pr̃ Beatiſſime: pontifex maxĩe: ouium xp̃i Jeſu paſtor: beati Petri digniſſime ſucceſſor et dei nr̃i generalis vicarie: quãta doctrina: ⁊ quãtis laudib⁹ preſtare debeat is qui corã cõſpectu vr̃e btĩtudinis ⁊ p̃ſtantiſſimorũ hoꝝ patrũ verba facturus aut orõnem habitur⁹ ſit· Et ſi me quoq; nõ lateat q̃ grandẽ ꝓuinciam ⁊ q̃ impar humeris meis mun⁹ celebrandũ ſuſceperiꝫ: qui ⁊ dicẽdi ꝯſuetudine eloquẽtie copia ingenij acumine: ⁊ omni ꝑrſus doctrina deſtitutus ſum Cũ preterea loci digniſſimi ac ornatiſſimi amplitudinẽ ⁊ maĩeſtatẽ intueor: qui non niſi a peritiſſimis ⁊ grauiſſimis viris occupari ſolet: cũ deniq; tremendũ ⁊ glorioſuꝫ vr̃e beatitudinis: ⁊ ſacri huius ſenatus cõſpectũ: ⁊ rei de qua agendũ eſt magnitudinẽ ⁊ ſplendorẽ hinc ꝯſidero· Inde ſereniſſimi ac illuſtriſſimi principis Johãnis ſecũdi regis Portugallie ⁊ Algarbioꝝ citra ⁊ vltra mare in Aphrica ⁊ dñi Guinee: vr̃e btĩtudinis obſequẽtiſſimi filij: qui nos ad eandẽ ſanctitatẽ legatos miſit in hanc ſanctã ⁊ aplĩcã ſedẽ deuotionẽ fidẽ ⁊ obſeruantiã. Inſolens ꝑfecto ⁊ velut amens ⁊ temerari⁹ horreo totus: fractus ⁊ eneruatus tota mente ac artubus cõtremiſco totus: ⁊ vox faucib⁹ heret: ⁊ dicere cũ Hieremia cogor· A·a·a·dñe deus ecce neſcio loqui q: puer ego ſum· Quippe ad declarandã xp̃iane religionis ſignifero: qui cũ vices dei in terris gerat nõ dedignať ſeſe ſeruũ ſeruoꝝ dei appellare: tãti regis deuotõꝫ ⁊ obediẽtiã: ⁊ ad tãte legatõis munus abſoluendũ ex litteratoꝝ Luſitanoꝝ corona erat quiſpiã alius accõmodatior me: quẽ nulla eruditõis ornamenta illuſtrãt: nec hui⁹ doctrine ſtudia decorãt: a quib⁹ quantũ abſum: tantũ ab hoc dicẽdi munere me abeſſe fateor: Parere tñ ⁊ iuſſa capeſſere illuſtriſſimi regis: qui onus iniunxit fas fuit: Cui nõ obſequi ⁊ nõ obedire ſcelus ⁊ nefas fuiſſet· Ferat igi

tur quo aĩo vr̄a beatitudo pro ſua ſapiētia equitate et ſolita in oēs clemētia: audire ieiunā hanc exilē ⁊ obſcurā orōnem: nullis ſalibus cōditā: nulla ſn̄iaꝝ grauitate magnificā: nulla verbo/rū vi ac pondere luculentā ⁊ expolitā. ¶ De obediētia igit̄ beatiſſime pr̄: ad quā vr̄e btītudini p̄ſtantiā de vltimis vlterioris hiſpanie finib⁹: longo terreſtri itinere fracti: deuotione tn̄ et animis integri: ab illuſtriſſimo Johāne ſecūdo Portugallenſium oprīo rege miſſi ſumus. Anteq̄ꝫ dicā: vr̄am ſanctitatē ſup/plex venerāter oro: pauca prius de p̄claris Luſitanie dom⁹ meritis: ⁊ de virtute ac religiōe dicti regis ſummatiꝫ audiat: quo eius in catholicā fidē amor: ⁊ in hanc ſanctā et ap̄licaꝫ eccleſiaꝫ obſeruātia: magis magiſq̄ꝫ in aperto ſit. Cū olim btīſſime pr̄ ꝓditione Juliani comitis vrbi Septe in aphrica: q̄ ſupra Traiectū eminet p̄poſiti: ⁊ Roderici vtriuſq̄ꝫ tūc hiberie regis Gothoꝝ vltimi culpa ac inertia hoſtes xp̄iane religionis acerbiſſimi: oēm ferme hiſpaniā armis occupaſſent: ⁊ annis plurimis ſedo ⁊ tetro ſeruitutis iugo ſubmiſiſſent. Alfonſus prim⁹ Por/tugallenſiū princeps: nō ſine diuino numine in ea natus ē etate. Is tunc minori totius Luſitanie ꝓuincie ſolū ꝑerat: que inter duriū ⁊ miniū ſceleri ⁊ infelici gleba ea tēpeſtate ꝓtendebatur. Portugalliā a colle Agaie portu in faucibus Durij ſite vo/cauere: que poſtmodū toti etiaꝫ regno nomē indidit. Sꝫ vir diuini animi ⁊ cōſilij plurimas a mauris occupatas vrbes aggreſſus: varijſq̄ꝫ ⁊ incredibilib⁹ victorijs potit⁹ parti vi: parti aſtu expugnat: in q̄bus inter Duriū ⁊ tagū leria ſanetrena ⁊ nobiliſſima oīm Oliſippo ciuiū Romanoꝝ quōdā municipiū: cū innumeris pene alijs munitiſſimis arcib⁹ ⁊ oppidis: quib⁹ nō cōtē/tus traiecto tago regionē totā intra illū ⁊ anuā flumē porrectā nō minus vbertate ſoli q̄ꝫ viris ⁊ armis felicē: cum ebora regia magnifica ⁊ veteris latij glorioſa vrbe ⁊ armis ꝑdomuit: et vi/ctorijs illuſtrauit. Pleraſq̄ꝫ nō ſine xp̄i Jeſu clariſſimo auxilio: ⁊ noto oībus miraculo ꝓſecutus eſt. Cizimbriā ac palmelā duo vl̄ ſitu vl̄ operibus inexpugnabilia oppida ab infideliū manibus

eripuit: ⁊ in ſuã poteſtatẽ redegit. Et cũ paucis admodũ equi/
tibus mauroꝝ infinita millia fudit fugauitq̃. Et rurſuꝫ apud
Curtquias cãpos apud eũ locũ quẽ capita regũ vulgus nũc ap
pellat: exigua ⁊ parua manu: cũ quinq̃ potẽtiſſimis regibus vi
ctor certauit: in q̃ pugna egregie plus q̃ꝫ fortẽ pugnando dece/
bat: quinq̃ illius ſiniſtre aptata ſcuta barbaroꝝ tela in ea intor
ta ꝑfregere. Ex qua ſingulari ⁊ inclita victoria Luſitanoꝝ regũ
ſigna et arma ſcutis quinq̃: quinoꝝ denarioꝝ numero ſparſis
diſtinxit: cũ ad eam tempeſtatẽ vnũ tantũ ⁊ id totũ nũmis paſ/
ſim reſparſum fuiſſe ſatis cõſtet. Quinq̃ igit̃ ſcuta in ſanctiſſi/
me crucis figurã locata: ⁊ quini denarij ſil̃iter ad modũ crucis
aſperſi: quid aliud nobis indicãt: niſi triginta argẽteos preciũ
ſanguinis xp̃i Jeſu: quibus ab ĩmaniſſimo Juda iudeis tradi/
tus fuit. Js antequã ſignum militibus daret: flexis ad terram
genibus orans: ſaluatorem in cruce pendentem conſpexit. Fu/
it regij animi ea fiducia: ea cordi inſculpta fides: vt tam ſtupẽ/
do miraculo non territus: hec addere verba auſus ſit. Nõ opor
tere ſeſe chriſtũ Jeſum homini firmiſſime credenti oſtendere:
hereticis ⁊ ab eius fide aberrãtibus: et auerſis illiuſmodi oſtẽ/
to opus eſſe. Quibus rebus et pluribus alijs: quas breuitatis
cauſa pretereo: hac luce apertius veſtra btĩtudo intelliget: qua
animi conſtantia: quo virtutis ardore: quibus artibus: quibuſ
gradibus et ſucceſſibus ad culmen regium aſcenderit: ⁊ angu
ſta regni primordia vir tam religioſus: tam fortis: et tam pius:
a deterrimo ſeruitutis iugo liberauerit Regnum et auxerit: et
quam merito regium nomẽ auxiliante populo: et adiutrice hac
hac ſancta Romana eccleſia clariſſimo nutu: et eterne maieſta/
tis optimo auſpicio: ſibi iure optimo acceperit: ⁊ poſteris in fu
ruꝝ reliquerit hoc ceteris p̃ncipibus felicior: q̃m multi ꝑploꝝ
fauore: nõnulli armatoꝝ ſatellitũ metu. pauci vero quos equus
amauit iupiter: qui vera virtutis via ad regios titulos aſpira/
uerint. Quo mihi minus admirabile videri ſolet: ſi tali tãto et

tam forti auctore partū regnū eius glorioſa ꝓgenies eiſdē arti bus auxerit. Nam eius ſucceſſores ea Luſitanie parte: q̄ a Sep tetriōe montiū iugis: a meridie occeano: ab oriēte amne fluuij hoſtio: ab occidēte ſacro ꝓmontorio cōtinet̄: quā Algarbij Re gnū punica etiā nunc lingua vulgus appellat: Mauros multiſ ac munitiſſimis vrbib⁹ expugnatis breui pepulerūt: q̄ ita vni uerſa Luſitania recuperata: hoſtes xpiano noī infeſtiſſimos vi ctos fugatoſq; in aphricā: vnde vtrāq; Hiſpaniā dñaturi tra iecerāt. Pauci admodū Luſitanoꝝ reges reiecerūt: qđ vtinā pa ri ſtudio ⁊ cōtentione a reliquis Hiſpaniaꝝ principibus factū fuiſſet: vt minus etate nr̄a negocij ⁊ laboris apelendo ab hiſpa nia hoſte ſupereſſet. Sed parū inclitis Luſitanie regibus pro animi ac virtut. magnitudine viſum eſt ſua recuperare: niſi eti am aliena ſcrutarent̄: tam ⁊ ſi alienū nihil vnq̄ arbitrati ſunt: qđ vel ad defenſionē: vel ad ꝓpagationē xpiane religionis pti net. Alfonſus quartus inuadētibus iterū Aphricanis regibus hiſpaniā quibus rex Belamerim: cū infinita pene procerū ⁊ mi litū multitudine preerat artiſſimo traiectu graditani freti co pias validiſſimas ab vrbe Septa ad Gibaltaris portū tranſue hētibus ⁊ iam Tarifam hiſpanie oppidū obſidētibus: ab Alfon ſo itē Caſtelle rege ſexto eius genero in auxiliū extremi crimīs accitus: cū firmiſſimo exercitu ꝓpere celeriq; in Beticā ꝯtēdit: vbi cōi cōſilio: cōi periculo tantā etrū molē aggreſſi apud Sa latū fluuiū: qui in fretū ipſum ꝓpe oppidū influit: vnico ꝑlio quadraginta ⁊ quinquaginta mauroꝝ milia occiderūt: Ac ita periture denuo Hiſpanie ſuccurrētes peſtē illā nefariā a xpia ni ppl̄i ceruicibus ꝓpulſarūt. Nō cōmemoro bella plurima cum finitimis geſta: nec victorias clariſſimas pro patrie ⁊ regni li bertate tutāda partas. Nō enī laudare Luſitanie reges: ſ; ſum matim eoꝝ merita ⁊ officia in xpianā fidem: ⁊ in hanc ſacroſan ctā ſedē recenſere inſtitui. Quippe ⁊ virtute ⁊ gloria rerū geſta rū inter ſe oēs pares ſunt. Ob eāq; iam ad illud inclitū et orbi vniuerſo notiſſimū Iohānis ꝑmi ꝓaui Iohānis fideliſſimi

vr̄e beatitudinis filij facinus egregiū trāſeo: qui a ꝓpulſando ad inferendū aphrice bellū: tanq̄ Scipio alter animū trāſtulit Quippe euaginato eā maxima claſſe occeano p Gaditani freti hoſtia īgreſſus: vrbē illā Septā ſitu portuq; edificijs munimētis haud minus q̄ magnitudine ⁊ opulētia clarā obſedit et vicepit. Qua in xp̄ianoꝝ ptātem redacta virus omne punice ſeuitie velut atrico venenoſiſſimi ſerpētis capite ita oīno pdomuit ⁊ extinxit: vt qui antea de Hiberie finibus occupādis cōtinue agitabāt: de ſuis iam tutādis ſolliciti redderent. Euenitq; vt cedes fuga incendiū ⁊ vaſtitas: ceteręq; belloꝝ peſtes in aphricā: imperatoꝝ noſtroꝝ ſolertia trāſlate ſenſum illis īmaniſſimis feris a ꝓſequēdo hiſpanieſe bellū auerterēt. Sz nō defuere tāte rerū oportunitati: reliqui Luſitanoꝝ reges ei⁹ ſucceſſores. quinĩmo Eduardus Johānis cōmemorati filius: et Johannis nr̄i auus paterne glorie emulus: tā ⁊ ſi quīquēniū regnādo nō expleuerit: nō putauit ſeſe intra Luſitani regni limites honeſte cōtinere poſſe: niſi pro xp̄iana religiōe ampliāda facin⁹ dignū aliqđ ederet. Eoq; aīo non Septā modo viriliter tutati ꝯ barbaroꝝ impetus conat⁹ eſt: verūetiā Tingim antiquiſſima ⁊ munitiſſima vrbē legata Hērico ⁊ Ferdinādo fratrib⁹ exercitu obſedione eſt adoratus: q̄ incredibili pene mauroꝝ multitudīe ſubſidio occurrēte ⁊ Ferdinādo regio fratre ex ducib⁹ altero viro ꝓculdubio ſanctiſſimo ſeſe pro volūtario obſide: īmo ſacrificio ⁊ victima offerente: ſoluta tandē infeliciter fuit. Et eo ita ī barbaroꝝ ptātem dato his cōditionib⁹ vt nō alio q̄ tradende vrbis Septe p̄cio redimeret. Mauri rurſus emētita fide obſeſſa iaz nr̄oꝝ caſtra die noctuq; aggreſſi nō prius oppugnare deſiſtūt q̄ Hēricus dux alter regius. Itē frater vir belli ⁊ pacis artibus inſignis trāſlatis ſenſiz munimētis ⁊ caſtris ad littus a quo toto per quā magne vrbis ſpacio aberat caſtrametatus eſt Atq; inde ſe cū exercitu in naues recepit: vt vr̄a btītudo intelligat p̄ter laborē impēſam ⁊ ꝯtinua militū ac ducū pericula calamitates ipſas in hoc tam glorioſo pro fide catholica bello in re

gia domo ⁊ in ſanguine ipſo nõ defuiſſe· Dicerem multa pater beatiſſime de Alfonſo clariſſimo rege·v· Eduardi filio ⁊ patre huius ſacratiſſimi thronus devotiſſimi filij Johãnis: qui ſuperioribus diebus nature cõceſſit: niſi videret vestre beatitudini ⁊ ſacro huic venerãdo cetui: ꝙ deſcendimus e Luſitania laudaturi Luſitanos reges ⁊ regna ⁊ nõ preſtaturi eidẽ deuotam obedientiã· Jn ſumma tñ rerũ ab eo geſtaꝝ ex vberãtia faciam quod criſpus Saluſtius de Carthagine faciendũ cenſuit ſi hoc vnũ non tacuero: ter diuerſis tẽporibus cũ maxima ⁊ inſtructiſſima claſſe in Aphricam traiecit· Ter exercitũ paratiſſimum in importuoſo ⁊ hoſtili littore expoſuit· Tres inexpugnabiles pene vrbes vi ⁊ armis cepit: quod neſcio an alicui vnq̄ꝫ Romanorum ducum: aut priſcorũ regum cõtigerit. Mihi certe diutius mecum volutanti nemo ne ex veteribus quidem occurrit· Hijs autẽ victorijs cum tutũ athelanticũ fretuꝫ ⁊ partem interioris mauritanie ſubegiſſet· Cum terras et maria ditioni ſue parere coegiſſet: cum continentem aſſiduis excurſionibus: ⁊ maris ac portus claſſibus infeſtaſſet: ita penitus maurorũ vires ⁊ potentiam attriuit: vt Granate regnum in Betice viſceribus a chriſti inimicis occupatum: quod occulto dei miſterio ad grauius aliquod iudiciũ reſeruatum eſſe mortalibus videbatur ⁊ mihi ſemper videbit̃· Jam nunc campi ⁊ eius oppida vi ⁊ armis occupari omnino a chriſtianis poſſe appareat· Non deſunt beatiſſime pater quã plura alia eius in chriſti Jeſu fidem: et Romanã eccleſiam merita: que ſi ſigillatim recenſere velim: longius q̄ꝫ par eſſet progrederer· Sed duo tantum q̄ꝫ breuiſſime perſtringam. Primũ quod eo regnãte Henrici patrui eius de quo ſupra meminimus induſtria cepta nauigari Ethiopis eſt· Alterum vero ſit quod eodem tempore in occeano Athlantico decem inſule vix ipſis orbis deſcriptoribus cognite: a noſtris inuente ſunt: ⁊ in omnes Luſitanie colonie deducte. Jn quibus iam mira incolaꝝ frequentia habitatis xpiana fides haud minore ceremonia quã inter nos colitur. Jta vt mihi vere Alfon-

ſus rex glorioſus: ad chriſtianā religionem ſacratiſſimā colen/
dam non contentus maiorū ſuorum finibus videatur: niſi eti/
am nouas prouincias: noua regna: nouas inſulas: et quaſi no/
uos ⁊ incognitos orbes chriſti nomini ⁊ Romane eccleſie: ⁊ vo
bis tandem pater beatiſſime ⁊ ſucceſſoribus veſtris in poſterū
addiceret. ¶ Curſim res maximas ⁊ incredibilia merita ſuperi
orum regum pertrāſio: et infinita pene tacitus obmitto. Ut ad
ipſius Johannis ſecundi: qui nunc diuino cōſilio in Luſitania
regnat preclara in chriſtianā rempublicam: ⁊ in apoſtolicam ſe
dem officia deſcendam: qui vir pubere etate in Aphricam cum
Alfonſo patre traijciens: in Arzille magni ⁊ egregij oppidi ob/
ſidione: nō militaribus tantum: ſed imperatorijs etiam mune/
ribus functus chriſto Jeſu et eius ſanctiſſime fidei ſeſe deuo/
uit: vbi militaria ornamenta: que merito a patre aſſumpſit per
eum decorata ſunt. Et cum Hydruntum Thurci acerrimi chri
ſtiane religionis hoſtes ſuperioribus annis occupaſſent: ⁊ eiuſ
calamitas ruinam vrbi: immo toti Jtalie indicaret. Surrexit
enim aliquis beatiſſime pater ex chriſtianis principibus quos
nondum metus inuaſiſſet: rogante ſepius ⁊ efflagitanti Sixto
quarto: qui eccleſie dei ea tempeſtate preerat anteceſſore veſtro
digniſſimo: niſi vnicus Luſitanie rex Alfonſus: qui opem fer/
re eccleſie dei ſemper cōſueuit: et ſigno crucis iam dudum pa/
rante ſe ad bellum contra Thurcos Calixto tertio anteceſſore
veſtro ſe armauit: qui ſe ducem xp̄iane claſſis Sixto offerebat:
ſi facinus dignū aliquod pro amplianda chriſtiane religionis
libertate: Aut pro vindicanda chriſto noſtro illata iniuria ag/
gredi vellet. Teſtis eſt Reuerendiſſimus cardinalis Portugal
lenſis qui adeſt: ⁊ ego cuius manu littere id cōtinentes exara/
ti fuere: quod officiorū genus inter merita Johannis regis cla
riſſimi cōmemorandū imprimis cenſeo: cum nemo ſit qui igno
ret dictis temporibus Johannē vnicum filium nō ſucceſſorem
modo: verūetiam participem gubernandi regni ⁊ rerum omni
um fuiſſe. Non recenſebo qua impenſa: qua diligentia: ⁊ q̄ȝ dif

ficili tempore bellum illud mauritanicũ ſemper geſſerit et mo/
do adminiſtret: ſed ad illud preclariſſimũ eius in chriſti fidem
et in omnes: qui hoc nomen profitenẽ initium me cõuertam  ꝙ
Ethiopiam illam patrũ temporibus inuentã ea ſolertia inue/
ſtigauerit: vt regno Portugallie eius quadriennio menſibꝰ tri
bus ⁊ diebus tredecim: plura in ea re beneficia xp̄iano populo
contulerit: quam annis duobus et quadraginta proximis: qui
bus nauigari illud mare cepit collata ſint. Jnter medios enim
Ethiopes vltra equinoctialẽ plagam in proximo aurifodinis
littore caſtellũ munitiſſimum: antemuralibus et propugnacu
lis vallo et foſſa ſeptum: maximo labore ⁊ impenſa calce ⁊ qua
drato lapide ⁊ Luſitanis nauibus importato conſtruxit. Quo
tam ſanctum: tam certum: tam magnũ cum illis gentibuſ com
mercium inſtituit: vt ſaluatoris nomen nunꝗ: ne fama quidẽ
in ea auditum: ita nunc hominũ noſtrorũ frequentia in popu
lorũ illorum auribus increbuerit: vt fera iam et barbara gens:
luxui ⁊ ignauie dedita: caritatis expers ⁊ pecudum more viuẽ
tes nitescere religione incipiant. Ditatur preterea xp̄ianus po
pulus nõ ſolum inaudita auri ⁊ precioſarum merciũ inde alla
tarum multitudine: verumetiam omnia numidaruꝫ penarum
mauruſiorũ ceterarumqꝫ gentium nomini xp̄iano infenſarum
cõmercia cum Ethiopibus habita ceſſauere. vnde magnũ pon
dus magnaqꝫ vis auri ex cõmutatione mercium terreſtri itine
re importata: Aphricã omnem aduerſus xp̄ianos armare ⁊ mu
nire ſolebat. Accedit tandem hijs omnibus haud dubia ſpes
Arabici ſinus perſcrutandi: vbi Aſiam incolentium regna ⁊ na
tiones vix apud nos obſcuriſſima fama cognite ſanctiſſimam
Saluatoris fidem religioſiſſime colunt: a quibus iam ſi modo
vera probatiſſimi Geographi tradunt: paucorũ dierum itine
re Luſitanorũ nauigatio abeſt. Quippe cum emerſo iaꝫ multo:
maximo Aphrice ambitu prope Praſſum ꝓmontoriũ vnde Ara
bicus incipit ſinus: ſuperiori anno nr̄i appulerũt flumina litto
ra portuſqꝫ oẽs perſcrutati que ab Uliſippone ſupra quĩquies ⁊

quadragies cẽtena paſſuũ millia certiſſima maris terrarꝫ ac ſi-
derũ obſeruatione numerant̃: qua regione explorata videre iã
videor quot quãtiq́ꝫ ⁊ fortunarꝫ ⁊ cultus ⁊ glorie cumuli: tũ po
pulo omni xp̃iano: tũ maxime vobis p̃r btĩſſime ⁊ ſucceſſoribus
vr̃is ac huic ſedi Petri ſacratiſſime accedẽt. Ea vero oĩa regis
vnius induſtria tã breui tp̃e excogitata ⁊ adminiſtrata. Quis
nõ iure mirer̃: p̃ſertim cũ maiora ꝓculdubio ſint q̃ꝫ vt a multꝭ
⁊ maximis principibus diuturnis tp̃ibus ⁊ varijs etatibus aut
soleãt aut poſſe fieri videant̃. Pretereo cõſulto multas admirã
das incliti animi ⁊ corpis dotes: ꝓceritatẽ: formã inſignẽ: ani
mi magnitudinẽ: liberalitatẽ: integerrimã vitã: moderationẽ:
fidẽ: conſtantiã. In re militari virtutẽ: in adminiſtrãdo regno
iuſticiã: ⁊ in oĩ genere prudentiã: in deũ religionẽ: in regnuꝫ
⁊ in ſubditos pietatẽ. Pretereo virtutis ⁊ induſtrie laudes: pre
tereo glorie ⁊ victoriarꝫ monimẽta: p̃tereo quo aſtũ: quo cõſilio
qua prudẽtia: qua animi fortitudĩe ꝓpalatas: diuino nutu du
orũ ducũ factiões diſſimulat: ⁊ factioſos caſtigat. Que aũt bea
tiſſime p̃r attigi nõ aliã ob rẽ dicta a vr̃a btĩtudine accipi velĩ
quã vt ſciat q̃ et ſi oẽs xp̃iani reges aut p̃ncipes cari btĩtudini
vr̃e: ⁊ huic ſacro ſenatui merito ſint: nemo erit profecto qui vel
ſuapte virtute vel maiorꝫ ſuorꝫ meritis carior eſſe vno Johãne
inclito Luſitanorꝫ rege iure optio debeat. Quippe cũ ea ſit vel
eius vel ꝓgenitorꝫ ſuorꝫ rerũ geſtarꝫ gloria: pro xp̃i Jeſu fide: at
q́ꝫ eã in hanc ſanctã ⁊ ap̃licã ſedem obſeruãtia: vt equari: et id
quidẽ vix poſſit: vinci certe nõ poſſit. ¶ Jam multis moror be-
atiſſime paſtor: plura forte dixi quã loco ⁊ tp̃i expediãt: ſtoma-
chabit̃ iam. v. s. alienas audire laudes: p̃cipue cũ de vr̃is p̃cla-
ris decãtandis magnus ſit cumulus ⁊ ſplendor ⁊ latiſſimus di
cendorꝫ cãpus ⁊ copia. Sed cũ apud. v. b. oronẽꝫ habeo quã ad-
mirari potius quã laudari p̃ſtabit. Quippe indignus ſum qui
vr̃as ampliſſimas laudes ꝓpalare ſciam: ⁊ breui orone cõplecti
cũ criſpo Saluſtio cẽſui ſanctius oĩno ſilere q̃ꝫ de v. b. pauca lo-
qui: quare regis mandata iam aggrediar. Nullus vnq̃ꝫ gratior

nūcius cōtingere potius inclito Johāni Luſitanoꝝ regi: q̄ꝫ cū dea nuptia ad eū fama tulit: hanc ſalutarē ꝛ pene diuinā creationē veſtrā et. v. b. euectā eſſe ad ſanctiſſimū hoc ſacerdotiū ꝛ cōſtitutā iuxta ap̄ſum ſuper oēm principatū ꝛ ptātē: ꝛ om̄e qḋ noīatur: ſiue in hoc ſeculo ſiue in futuro: incredibilē p̄e ſe fert leticiā: ob hoc diuinū donū et ampliſſimū xp̄i fidelibus collatū munus: fauſtū eidē et felicē illuxiſſe illū diē certe ſcio: quo ī intellexit. v. s. de grauiſſimo ꝛ integerrimo cardinali effectū eſſe totius xp̄iani populi vniuerſalē pontificē. Nō ceſſat cōtinue iuges ſempiternas et īmortales deo īmortali agere gr̄as: q̄ de tali paſtore: de tam religioſo pōtifice: de tam ſolerti vicario: de tam digno piſcatoris ſucceſſore: ſue ſancte et vniuerſali eccleſie huic ſacro cardinaliū cetui: ꝛ fideliū xp̄ianoꝝ ꝓſperitati ꝛ ſaluti cōſuleri. Gratulat̄ eccleſia q̄ paſtorē tā grauē: tā prudētē: tā nobilē: tā doctū: tā preſtātē: om̄i genere virtutis ſortita ē. Gaudet ſibi q̄ diuina bonitas p̄ſtantiſſimoꝝ cardinaliū aīos ſp̄ūs ſancti flagrātiſſimo ardore inflāmauerit vt crearēt pontificē: qui primū eccleſia mox xp̄iano pp̄lo: demū hiſpanie ꝛ p̄cipue rei pub. Luſitane ſit ſalutaris. Suſcipe iam btiſſie pr̄ vr̄e maxime virtutes in hoc. v. b. decreto oīm dignitatū apice ꝯdigna p̄mis credidit. v. b. ſummi paſtoris officiū qḋ ſuū erat ſacer hic ſenatus: cui gr̄as agere ꝛ referre in tp̄e iubet rex illuſtriſſimus: qui Innocentiū. viij. vere innocētē ſummo ſacerdocio decoraſtis: ꝛ lumē ꝛ ſolē mūdo dediſtis. Et qui iuxta Ualētinianū impatorē talē in pontificali ſede cōſtituere ꝓcuraſtis: cui oēs ſincere capita ſumittant libēter eius monita audiāt: ꝛ a quo delinquētes medicamēta ſuſcipiāt: ꝛ ad coꝝ reuerſi indulgentiā cōſequātur quo gaudet eccleſia: xp̄ianus pp̄lus exultat: religio plaudet: numeri ꝛ īnumeri letant̄. Ad vos igit̄ clauigerū regni celoꝝ vniuerſalis eccleſie venerandū antiſtitē de vltimis hiſpaniaꝝ finibus ꝛ ſub longinquo: vt ita dicā ſole nati letabundi miſſi legati venim⁹: leticie ꝛ gratulatōis omniſti deuotōis obſeruātie ꝛ caritatis pleni expoſituri Johānis excellētiſſimi Luſitanoꝝ regis

humilē ⁊ deuotā obedientiam et mādata fidelis adoraturi ſuo noīe veſtrā ſanctitatē pedes ei⁹ ſanctiſſimos deoſculaturi: glo rioſam veſtrā btitudinē veneraturi. Meminit celſitudo regis innumera ⁊ īmortalis beneficia ab hac ſancta ſede ⁊ a pdeceſſo ribus vrīs in eū ⁊ ſuos añceſſores nō auara manu collata: ⁊ ſū mos fauores quibus hec alma mater eccleſia oēs Luſitanos re ges: ⁊ res ab eis cōmendatas hactenus pſecuta eſt. Fatet̄ ſere niſſimus ac illuſtriſſimus princeps Johānes ſecūdus rex Por tugallie ⁊ Algarbioꝝ citra ⁊ vltra mare in aphrica ⁊ dñs Gui nee veſtrā beatitudinē velut ſidus quoddā illuſtre ⁊ micans e celo humāo generi miſſuꝫ eſſe: quo remige īmo duce vaga per vniuerſum orbē nauicula Petri tuta nō flueret. Fatet̄ vos rex pontificē: fatet̄ hanc ſanctā ſedem: ⁊ hanc ſacerdotalē ⁊ regiaꝫ vrbē: in qua gens ſancta ⁊ pplus electus: verū totius orbis ca put: velut is qui id in lacte ſuxit: ⁊ qui a maiorib⁹ ſuis hoc glo rioſo ornamēto inſignitus eſt: qui inter multas ſciſmatū facti ones quot ſuperiora tēpora fuere nunq̄ a Romano ⁊ vero pōti fice deſciuerunt. Qđ neſcio an aliꝫ imperatorie et regie domui vnq̄ contigerit. Fatet̄ vos verū ſucceſſorē eius de quo Eſayas Recordatus eſt dñs dieꝝ ſeculi qui ſuſcitauit de terra paſtoreꝫ ouiū. Fatet̄ grauiſſimus rex Romane eccleſie obſeruātiſſimi ⁊ xpiani cultus ampliator: corā quo reges Ethiopū procidūt: et cui ſingulos annos munera offerūt. v. b. vere vices eius in ter ris gerere: de quo Dauid in pſalmo. lxxi. Et dominabit̄ a ma ri vſq; ad mare: ⁊ a flumine vſq; ad terminos orbis terraꝝ corā illo pcedent Ethiopes ⁊ inimici eius terrā lingēt. Reges thar ſis ⁊ inſule munera offerēt: reges arabū ⁊ ſaba dona adducent. Et adorabūt eū oēs reges: ⁊ omēs gētes ſeruient ei. Pollicet̄ ſe oīa que ad obſequiū: que ad honorē: que ad dignitatē vre beati tudinis: ⁊ ſacri huius ſenatus ptinebūt: etiā cū capitis diſcrīe ſanguinis effuſione: ⁊ fortunaꝝ oīm erogatione facturū: Pro cuius ſalute ⁊ amplitudine eius opa: gratia et fides nullo loco ⁊ nullo tempore deerit: quicquid imperio valet: opibus preſtat

fortuna pollet·v·b·liberaliſſime offert·Obſecrat obteſtat̃ pien
tiſſimus rex per xpi Jeſu effoſſum latus quo eccleſiã hanc con/
ſecrauit:⁊ per eius nomẽ ⁊ vices quas in terris vr̃a btĩtudo ge
rit:vt cũ res exegerit:regno:ciuitatibus:oppidis:arcibus:claſ
ſibus inſultis:⁊ poſtremo oĩm qđ carius eſt ſeipſo ac ſuis vtat̃
oĩa periculo ⁊ experiẽtia teſte:ante pedes·v·b·ponit:quã oĩni/
potens ⁊ miſericors dñs felicẽ ⁊ incolumẽ multos annos tuea
tur·Cetera beatiſſime pr̃ aliud tẽpus ecpoſtulãt:que remot' ar
bitris cũ vr̃a beatitudine iuſſerit explicabimus· Dixi·

Finis·

Franciscus Patritius, Senensis, Episcopus Cajetanus a Pio II. constitutus anno 1460. Vir sanè eruditus, ac doctus, qui plurima reliquit ingenii sui monumenta, ut referunt Gaddus de Script: parte 2. pag: 141. Orlandus Malavolti in Hist. Senen. part. 3. lib. 4. pag. 65. Ferdinandus Ughellus in Italia Sacra Tom. 1. col. 543. Edit. 2. Venetiis 1717. Decessit Patritius sub Alex. VI. Pont: Max. anno 1494.

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

Inc.
1417

1